



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac
Denique morte Praedicatorum Lutheranorum, Doct.
Martini Lutheri, Philippi Melancthonis, Matthiae Flacii
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melancthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et
Andreae Osiandri

Ulenberg, Kaspar

Coloniae Agrippinae, 1622

V. Flacij peste correpti mors omnium infœlicissima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

ANNO
1573.

(Melanchthon) ad quem penè in momenta nouæ controuersia & noua certamina deferuntur, tanquam ad talem iudicem, cuius vel vnus iudicio boni stare & acquiescere de creuerunt. Gemunt & penè cõsumuntur dolore pij & boni vbiuis locorũ, quod ex suggestibus non doctrinae explanationem, non commonefactiones & consolationes pias ac salutare proponi, sed conuitia effundi & debachationes audiunt in bonos; quibus non tantum in prophanis augetur securitas & religionis contemptus, sed in pijs etiam turbatur & impeditur seria inuocatio.

V.

Ann. 1575.
Flacii
mors, infelicissimi
qui sub sole vixerunt
mortaliũ.

Haectenus Scholastici VVittenbergenses quibus ad opprimendum Flacium Accidentarij sese postmodũ coniunxerunt: Nec quies homini longè miserrimo deinceps concessa fuit, quamdiu vixit in mundo. Huiusmodi clamoribus, maledictis, conuitijs, diris execrationibus & anathematum tonitruis infestati sunt eum Lutherani reliqui, donec tandem expleto, quem Deus concessit, arumnosæ vitæ cursu, inuidiæ succumbens, ac peste correptus infelicem animam exhalauit. Id factum Francofurti ad Mœnum, an. 1575. 12. Martij, in Festo S. Gregorij Papæ; quem ipse, vti & omnes Põtifices Romanos, quamquam hunc imprimis, magno semper odio fuerat profecutus.

*Finis vitæ Matthiæ Flacij
Illyrici.*

VITA